UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

XIX. De Probationibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63277

Visual Library

bent: aut erravit in facto, & hoc revocare poteſt usque ad ſententiam. *l. Leges C. De LL. c. ult. h. t.*

De Probationibus.

TIT. XIX.

Si Reus non confiteatur de intentione Actoris, ſed ad quasdam ejus poſitiones reſpondeat per Verbum, *Non credo*, neceſſitas eas probandi incumbit Actori; & hinc poſt Tit. *De confeſſis* recte ſequitur Tit. *De probationibus* in genere.

1. *Quid eſt Probare & Probatio?*

PRobare eſt judici fidem facere de facto aliquo dubio, de quo in judicio eſt diſceptatio. Probatio aliud non eſt, quam rei dubiæ, apud judicem controverſæ, per legitimos modos facta oſtenſio.

2. *Quotuplex eſt Probatio?*

I. Alia eſt Artificialis, alia inartificialis. *Artificialem* vocant, quæ ex ipſa cauſa argumentis & judiciis deducitur. *Inartificialem*, quæ extra cauſſam deſumitur vel a legibus, vel a teſtibus, tabulis, confeſſione, juramento, aut aliis ſimilibus. Ita vulgo Rhetores dividunt.

II. Alia

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

II. Alia eſt plena, alia ſemipl[e-] quæ eſt diviſio Interpp. juris. *Plenam* [vo-]cant, quæ plenam fidem facit judici, [per] idoneos teſtes aut inſtrumenta publ[ica:] ita ut ſecundum eam judex ſenten[tiam]

c. 2. h. t. ferre poſſit. *Semiplenam* vero, quæ [ju-]dici non facit plenam fidem, ſed tan[tum] opinionem ingerit; non tantam [ta-]men, ut inde moveri poſſit ad feren[dam] ſententiam: veluti ſi quid probetur [per] unicum teſtem omni exceptione majo[rem,] vel per privatam ſcripturam, quam [is] non ſit confeſſus.

III. Alia eſt Judicialis, quæ fit [in ju-]dicio poſt litem conteſtatam, alia [extra-]judicialis.

3. *Probandi onus cui incumbit?*

c. 2. eod. l. 2. D. eod. Illud regulariter incumbit Actori: [e-]jus eſt probare ſuam intentionem, nim[irum] ejus qui ait, non qui negat.

4. *Actore laborante in ſua probatione, [an] cogi Reus poterit, ei propria edere d[o-]cumenta?*

c. 1. h. t. Nequaquam: quia ipſe Actor [pro-]prias adferre debet probationes, no[n] petere ab adverſario: qui etiam [co-]

l. 7. C. D. teſtib. & nequit ad exhibitionem eorum, per [quæ] ſibi negotium fiat. Actoreque non p[ro-]

ba[nte]

bante abſolvendus eſt Reus, etſi nihil ipſe præſtiterit. *l. 4. C. de edend.*

5. *Quid ſi probandi onus utrique parti incumbat, ut puta in judiciis communibus?*

Tunc is obtinebit, qui ſuam probaverit intentionem, altero non probante; ut in judicio communi dividundo, familiæ erciſcundæ, finium regundorum, item in interdicto retinendæ poſſeſſionis, quia in his judiciis uterque litigantium velut Actor eſt, uterque Reus. *c. 3. & c. Licet. 9. h. t. l. 37. §. in vita D. de O. & A.*

6. *Quid ſi probet uterque?*

Tunc judex diſpiciet, uter melius probet, & utrius teſtes ſint magis idonei; vel in poſſeſſione uter antiquiorem poſſeſſionem & juſtiorem titulum probaverit. *d. c. 9. h. t.* *d. l. 3.*

7. *Quid ſi Actore probante ſuam intentionem, Reus interim perſiſtat in ſua negatione, & ſuper ea petat audiri teſtes?*

Non audietur; cum per rerum naturam factum negantis probatio nulla ſit, ſaltem directa: nam indirecte aliquando probari negativa poteſt. *c. 12. h. t.* *l. Actor 21. C. De probat.*

8. *Probatio quibus modis fit?*

Fit

Fit ea per libros antiquos, teſtes, famam, & per alia adminicula. Fama veluti publicum teſtimonium, auget quidem & confirmat rei, de qua quæritur, fidem; non tamen cedit in vicem juſtæ probationis.

De Teſtibus & atteſtationibus
TIT. XX.

Inter modos probandi, de quibus ſeparatim tractant Tit. ſequentes, frequentiſſimus eſt, qui fit per Teſtes.

1. *Teſtes in quibus cauſis adhiberi poſſunt?*

IN omnibus omnino cauſis, tam criminalibus, quam civilibus, & tam in cauſis Eccleſiaſticis ac ſpiritualibus, quam profanis.

2. *Quales teſtes probant?*

Oportet eos eſſe idoneos, & fide dignos, ſeu, ut dicitur, omni exceptione majores. Quales habentur omnes, qui nominatim per Canones aut leges prohibentur teſtimonium dicere.

c. 1. h. t.

3. *Qui ergo prohibentur eſſe teſtes?*

Prohibentur I. Impuberes, furioſi, mente capti, ob defectum vel infirmitatem